

lumn. post princip. quod in casibus, in quibus aliquid transmittitur, idem transmittitur. Tertio facit, quia quando possessio acquiritur per hæredem, vel successorem universalem vel particularem, mediante suo facto, & mediante vera & naturali apprehensione, prout quærebatur de jure communi, illa bene erat nova & distincta possessio; & ita procedunt & debent intelligi iura superius per me allegata: sed in casu hujus legis transfertur possessio ipso jure sine aliquo actu: ergo illam quæ erat penes defunctum: Et in expresso ita reperio quod tenet Bald. in Rub. de causa posses. & propr. 2. column. in med. num. 11. ubi expressè dicit, quod si mediante statuto transfertur possessio in hæredem, illa est potius continuatio, possessionis quam nova possessio: idem apertè tenet Bald. in Authent. de functo ad Tertullian. 2. column. num. 6.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò quod possessio, quæ hodiè per istam legem transit in successorem majoratus, sit nova & realiter distincta possessio, & non illa quæ erat penes defunctum: Primo, quia considero quod ista nostra lex solùm intendit disponere & vult quod possessio quæretur & transeat in successorem majoratus sine aliquo actu apprehensivo, & in alio non se intromittit: Unde erit nova possessio, non verò illa quæ fit penes defunctum. Secundo pro hac mea sententia & conclusione considero valdè subtiliter verba illius legis, in quantum dicit, quod in successorem majoratus transeat possessio, etiam si possessio rerum majoratus sit occupata per alium in vita possessoris majoratus, vel post ejus mortem, vel etiam si ipse possessor majoratus in vita tradiderit alteri possessionem earum: Si enim possessio erat ab alio tertio occupata in vita possessoris, præcedente voluntate & traditione ejus, vel non præcedente; ergo jam primus possessor majoratus amisit possessionem in ejus vita: Si amisit; ergo illa, quæ transit in successorem, non est illa quæ fit penes defunctum, cum fuerit amissa; sed erit nova & alia penitus distincta, (e) nec obstat prima consideratio quam feci ad istam leg. in quantum dicit se: Quia respondeo, quod illud verbum debet referri ad ipsam possessionem.

(e) Ita etiam affirmat Gregor. Lop. in leg. 1. tit. 4. de Donat. part. 3. glossa 1. post med. verba. Sed quid si iste, Molin. lib. 3. de Primogenit. cap. 12. num. 22. Matienz. in leg. 8. titul. 17. libi. 5. Recopilat. glossa 5. num. 7. Cassius in Epitome feudorum part. 6. charta 5. Tiraquell. in tractat. de Mort. part. 5. num. 1. Velazq. de Avend. hic, glossa 6. num. 10.

(f) Ex quo potest inferri, quod si lege vel statuto caveatur, quod ex novo dominio vel possessione quæsitæ solvatur certa pensio vel gabella regi vel alteri domino temporalis, solvetur de ista possessione de novo per legem quæsitæ; non verò solvitur de eadem antiqua possessione in successorem vel alium continuata.

nem quæ de novo transfertur ipso jure mediante ista lege, non verò ad primam antiquam possessionem. Non obstat etiam secundum fundamentum, in quantum dicit ita lex transpase. Quia respondeo, quod quando apertè constat in lege vel dispositione, quod agitur de transferenda aliqua hæreditate, vel transferenda aliqua re vel jure determinato, vel secundùm subjectam materiam de alio non potest intelligi; tunc de illa re vel jure intelligitur: secus verò in nostro casu, ubi non constat quod loquatur de eadem antiqua vel prima possessione, imò repugnat regulis juris; quia tunc oportet intelligere nostram legem in nova & realiter distincta possessione; & ultra hoc, verba nostræ legis hoc significant, prout ponderavi. Et istud est quod teneo & sentio in hoc subtili articulo. (f)

Ulteriùs circa istam legem quæro: Si talis successor majoratus, in quem virtute hujus legis est translata possessio, perveniat in veram & actualem possessionem rerum, si statim desinat habere illam legalem & civilissimam possessionem, & acquirat veram & propriam possessionem acquisitam ex actu vero & naturali apprehensionis? Et breviter teneo quod sic: imò, quod magis est, dico, quod in omnibus casibus, in quibus quis acquisivit possessionem per clausulam constituti, vel per quemlibet alium actum fictum, si postea talis possessor perveniat in veram & actualement possessionem quæsitam per actum naturalem apprehensionis, statim cessat illa possessio quæ sita per actum fictum, & acquirit novam possessionem quæsitam per actum verum & naturalem, ita singulariter tenet solus Franc. de Aret. in leg. Quod meo. 2. column. prog. fin. numer. 11. ff. de Acquirend. posses. licet contrarium videtur tenere Bald. in cap. 3. §. Si facta num. 5. si de feudo fuerit controversia inter dominum & vassallum. Pro qua sententia mea & Aretin. facit primò textus ille singularis in 1. Qui habet ff. ad Tertul. ubi probatur, quod quando in aliquo actu concurrunt duplex causa, una naturalis & alia accidentalis, semper prævalet & est attendenda naturalis: & ad hoc illum text. dicit singularem & unicum Alberic.

ibi, in princ. notant etiam & commendat Bartol. Bald. & commun. alii DD. & notat & commendat Bald. ubi plura bona ex illo textu infert. in leg. 1. Cod. de Curato. furio. 1. column. in princip. & notat & commendat Jas. in leg. Si arrogator. ff. de Adoption. num. 43. Secundo pro ista subtili conclusione facit bonus textus in leg. Fundo legato. ff. Ad leg. Falcid. ubi dicitur, quod ille qui est factus dominus ex una causa, si superveniat alia causa, quæ habet originem vetustiore, statim desinit habere ex illa ex qua effectus erat dominus, & incipit habere ex vetustiore: & ad hoc notat ibi Paul. & Imol. & communiter DD. Bartol. in leg. 3. §. Ex pluribus. 2. column. 5. oppos. & in 3. column. ff. de Acquirend. poss. meliùs & notabiliùs ibi Paul. de Castr. penultim. column. in princip. versic. Notandum, & post eum communiter Moderni. Sed in nostro casu concurrunt causa legalis vel artificialis (hoc est, acquisitio possessionis mediante ista lege per actum fictum inductum à lege civili) & concurrunt causa naturalis apprehensionis, quæ originem vetustiore habet, cum illa descendat à jure naturali: Ergo illa potius attendatur. Tertio facit textus in leg. His verbis. ff. de Adopt. per quem tenet Bald. in leg. Non enim aliter, eodem tituli. 1. lectur. 2. column. num. 4. quod ubi habemus veritatem non inquirimus fictionem. Quarto facit textus notabilis in leg. Generaliter, in princip. ff. de Fidejuss. ubi, si in aliquo actu vel persona concurrunt plures qualitates vel obligationes ad eundem effectum tendentes, semper attenditur illa quæ potentior & principalior est: ad idem est textus, ubi notant Paul. & DD. in leg. Si reus. ff. de Duob. reis, notat Bartol. in leg. 2. post princip. ff. de Verb. obligat. textus in leg. Querit. de statu homin. & ibi notant Bart. Bald. Angel. & communiter DD. textus in Authent. utaque com. soc. c. 5. Quinto, textus notabilis in leg. Ex facto. ff. de Vulg. & pupil. ubi, si pater habet à Principe facultatem substituendi pupillariter filio suo mortuo, si postea talis filius filios legitimos habuerit, revocatur talis licentia, & substitutio; quia illa causa ficta & specialis substitutionis cessat, superveniente causa vera & naturali, in cuius defectum fiebat. Sexto, textus in leg. Humanitatis. Cod. de Imper. & allis, versic. Ita tamen, ubi, si est facta substitutio exemplaris filio mente capto, expirat ipso jure adveniente sana mente. Septimo, textus in leg. Cum res. Cod. de Contr. emptio. ubi probatur, quod quando in acquisitione possessionis concurrunt plures cause vel tituli, quarum una est valida plena & perfecta, ex illa sola & non alia quæritur possessio: ergo sic dicamus in proposito, quod per veram & naturalem apprehensionem rei majoratus esset prima possessio legalis civilissima, vel quælibet alia quæsitæ per actum fictum.

Ex qua sententia & conclusione sic confirmata ego singulariter infero, quod licet hodiè per istam nostram legem successor majoratus habeat utramque possessionem civilem & naturalem etiam in absentia, ut supra dixi & conclusi; tamen illud erit verum, si adhuc talis successor non apprehendit veram & naturalem possessionem rerum per naturalem apprehensionem: si verò talis successor perveniat in veram & naturalem possessionem per actualement apprehensionem, & postea se absentet; tunc non retinebit in absentia possessionem naturalem, sed solam civilem; quia jam cessavit illa civilissima possessio. Item etiam poterit amittere etiam civilem possessionem per longam absentiam, vel per eos modos per quos alius possessor amitteret. Nec obstat, quod ista lex nostra Tauri transtulit possessionem successoris majoratus, etiam in absentia: ergo etiam hodiè in absentia retineat; quia facilis iura nostra conservamus, quam acquiramus de novo, ut in leg. 1. §. Quod ait ff. de Superf. & tenet Glossa notabilis ordinaria in leg. 1. in glossa 2. ff. de Acquire. posses. Ergo &c. Quia respondeo, quod nostra lex inducit de novo in successore majoratus ex justa & necessaria causa; tamen, postquam successor apprehendit possessionem per actum naturalem, & se absentat, ipse perdit eam sua propria culpa, & lex non providet tali casu. Ex qua sententia & conclusione sic confirmata infero notabiliter, quod in casibus in quibus ipso jure, ex legis dispositione, quis consequitur dominium, ut legatarius fideicommissarius, donatarius causa mortis, vel similis, si postea verè & naturaliter apprehendat rem, vel sibi sit facta traditio, cessabit illud dominium legale & dativum, & consequetur verum & proprium dominium acquisitum per actum naturalem, & omnem effectum ejus. Item pro declaratione nostræ legis quæro, an ista lex & ejus dispositio habeat locum & procedat in quibuscumque bonis vinculis & subjectis restitutioni ratione alicujus contractus vel ultimæ voluntatis, scilicet in casibus in quibus gravamen afficeret rem, ut in eis transeat possessio ipso jure in successorem? Et teneo quod non, imò quod solùm habeat locum & procedat nostra lex in rebus majoratus, qui sit constitutus cum licentia Principis: Et ratio vera & fundamentalis est, quia talia bona proprie dicuntur esse majoratus in nostro regno, ut in leg. 4. r. cum 3. sequentibus supra, his l. Taur. alia verò bona, licet sint vinculata, non tamen dicuntur majoratus, cum in eis non interveniat prin-

principis licentia. (g) Confirmatur ista sententia & conclusio: quia quando lex fundat se in aliqua qualitate, ante omnia debet constare de illa qualitate, & numquam habet locum in alio casu in quo non verificetur illa qualitas: textus est notabilis, & expressus in leg. Prætor. ait. §. Hæc autem actio, versic. Docereque ff. Vi bonor. raptor. & ibi notant & commendant Alberic. Angel. de Perus. & alii DD. antiqui, textus in leg. 1. §. Habet itaque. ff. Si quis testam. liber esse juss. fuer. textus in leg. 3. §. Hoc autem interdicto; versic. Itaque ff. de l. tiner. acti- que privat. textus in leg. 1. §. Ait prætor. ff. Ne quid in flumine public. sed ista nostra lex expressè loquitur & disponit in rebus majoratus: ergo in rebus illius qualitatis tantum intelligatur, & non in aliis. Confirmatur etiam: quia secundum communem usum loquendi in nostro regno, illa bona tantum dicuntur esse majoratus, quando in eis concurrat voluntas & licentia Principis, & non alia bona cujuscumque generis vel qualitatis sint: ergo nostra lex tantum de eis debet intelligi, argumento textus in leg. Librorum. §. Quod tamen Cassius ff. de Legat. 3. textus in leg. Labeo, versic. Nec mirum. ff. de Supellect. legat.

117 Item quæro, an ista lex & ejus dispositio procedat & habeat locum in primo successore majoratus, ut mortuo fundatore, transeat possessio in primum successorem ejus? Et videtur quod non, sed tantum in ulterioribus successoribus, postquam bona majoratus jam fuerunt incorporata & radicata in primo successore: Primò, quia considero, quod ista lex disponit, quod mortuo possessore majoratus, transferatur ipso jure possessio civilis & naturalis in sequentem in gradu, & sic apertè vult, quod illa bona habeant istam qualitatem majoratus apud defunctum possessorem, quæ quidem qualitas videtur cessare in primo fundatore & constituyente; unde hoc casu non videtur habere locum ejus dispositio. Secundò & principaliter, quia considero subtiliter verba hujus legis, in quantum dicit, quod mortuo possessore, possessio transeat in sequentem in gradu: ergo debet intelligi de sequenti proximo successore ipsius primi successoris gravati, non verò ipsius disponentis vel constituentis, argu-

(g) Hanc sententiam tenet etiam Gomez Arias in leg. 25. Taur. num. 62. Salazar de Usu & consuetudin. capit. final. & in dubium revocat Palac. Rub. in leg. 24. Taur. num. 82. Sed contrarium est receptius, ut latius videre poteris in leg. 40. num. 36. ibi: Quolibet gravamen vel vinculum, & videas ultra ibi allegatos, Mieres in tract. Majoratum. 3. part. quest. 1. per totam. Padill. in Rub. Cod. de Fideicommiss. num. 9. Peralt. in leg. 3. §. Qui fideicommissa. num. 138. ff. de Hæred. instituendis. Gregor. Lop. leg. 32. titul. 9. Glossa magna. fol. 70. column. 4. versic. Item advertend. Aceved. in leg. 8. titul. 7. lib. 5. Recopil. num. 1.

mento textus in leg. Cum ita legatur. §. In fideicommissa. ff. de Legat. 2. & eorum quæ ibi notat Bartol. & communiter DD. & in leg. Peto. §. Fratre, eodem titul. Tertio etiam facit, quia quando aliqua dispositio legis vel hominis fundatur in aliquo subjecto vel qualitate, prius & ante omnia debet præcedere, & verificari illa qualitas, & de ea constare, textus in leg. Hoc jure. ff. de Verb. oblig. textus in leg. Ita stipulatus, versic. 1. eodem titul. textus in leg. 4. ff. de Fideicom. liber. textus in leg. 1. §. Prænantem. ff. de Ventre in possessio. mittend. text. in leg. 1. §. Hæc verba. ff. Ne vis fiat et. text. in leg. Divus Trajanus. ff. de Milit. testam. text. in leg. Tribus eod. tit. text. in leg. Quidam. ff. de Jure codicil. text. in leg. Is qui Hæres. §. Si quis dubitet de Acquir. hæred. textus in leg. Si quis consortium. Cod. de Fabri. lib. 11. & istam regulam & doctrinam tradit Bart. & communiter Legistæ in leg. In illa stipulatione in Calendis. ff. de Verb. obligat. tradit etiam Innocent. & communiter Canonistæ in cap. Super his, de accusat. Ergo sequitur, quod nostra lex & ejus dispositio non habet locum in primo successore qui vocatur ad majoratum. Confirmatur etiam, quia in lege, statuto, privilegio, testamento, contractu, vel alia dispositione, principaliter verba sunt attendenda, & ab eis non est recedendum: textus est in leg. Non aliter. ff. de Legat. 3. text. in leg. Ille aut ille. §. Cum in verbis, eod. tit. text. in leg. Quod constitutum ff. de Milit. testam. text. in leg. Si servum. §. Prætor. ait. ff. de Acquir. hæred. text. in leg. 1. §. Si is qui navem. ff. de Exercitoria. text. in leg. Ad probationem. Cod. de Probat. text. in leg. Non distinguemus. §. de Officio. ff. de Arbitris. text. in leg. Labeo. ff. de Supellect. legat. textus in cap. Porro, de privil. text. in cap. Recepimus eod. titul. text. in cap. Consideramus, de election. textus in cap. fin. de Transact. text. in cap. 1. in fin. de Duobus fratribus à Capitaneo investitis, in usibus Feudor. ibi: Propter tenorem investituræ. Ex quo dicit ibi Bald. & communiter DD. quod tenor concessionis feudi præfertur propriæ naturæ ipsius, in tantum, quod potius permittendum est quod actus pereat, quam à verbis legis recedatur, si rei vel negotio convenire non possunt. Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium

riam sententiam, imò, quod ista legalis & civilissima possessio transeat in primum successorem vocatum & nominatum per disponentem ad ipsum majoratum. Primò, quia eadem ratio fundamentalis, qua lex ista est condita, & habet locum in quolibet successore, habet etiam locum in isto primo successore, ut bona majoratus magis conserventur, & sint unita, nec aliquo casu possint dissipari vel alienari ex defectu possessionis: & quando sola una ratio potest in lege considerari, illa habetur pro expressa, ut ex ea argui & inferri possit: Glossa est singularis in jure in leg. Quamvis, Codic. de Fideicommiss. in glossa final. in fin. quam ibi notant & commendant Cin. Alber. Bald. Paul. Salycet. & communiter DD. Sed ista eadem ratio militat in nostro casu & questione, nec potest diversa considerari: Ergo habet locum ejus dispositio. Confirmatur; quia quando constat de mente & ratione legis, illa est semper attendenda potius quam verba: text. est in leg. Non dubium, Codic. de Legib. text. in leg. Scire leges cum l. sequent. ff. eodem titul. text. in leg. Scire oportet. §. Illud, versic. Sed & maxime. ff. de Execu. tutor. text. in leg. 3. §. Conditio. ff. de Adim. legat. text. in leg. penultim. ff. Ad exhib. text. in leg. 2. §. Si mater. ff. ad Tertul. text. in leg. Divus. §. Item Senatus. ff. de Falsis. Secundò quia quando lex, Princeps, vel testator verisimiliter idem disposuisset in casu omisso, quod in expresso, si de illo cogitasset vel esset interrogatus, uterque habetur pro expresso: ita probat textus valde notabilis in leg. Tale pactum, §. fin. ff. de Pactis, & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD. text. in leg. Cum avus. ff. de Condit. & demonstr. text. in leg. Cum acutissimi, Cod. de Fideicommiss. text. in leg. Generaliter. §. Cum autem. Cod. de Instit. & substit. text. in leg. Scævola. ff. ad Trebel. text. in leg. Ex facto eod. titul. text. in leg. Filius familias,

§. Ut quis hæredem. ff. de Legat. 1. text. in l. 3. Codic. de Inoffic. testament. text. in leg. Si unquam, Cod. de Revoc. donat. Tertio facit, quia etiam bona majoratus dicuntur, quando sunt penes constituentem vel fundatorem; quia aut majoratus est irrevocabilis, ex eo quod est factus ex causa onerosa vel aliâ; & negari non potest quod sit majoratus: aut est revocabilis, & tamen moritur fundator & disponent sine revocatione, & tunc eo ipso remanet confirmatus & dicitur majoratus: sed lex nostra Tauri loquitur & disponit hanc suam decisionem mortuo jam detentatore, & fundatore, & non alio tempore: ergo indistinctè habet locum nostra lex & ejus dispositio tam in primo successore, quam in omnibus aliis ulterioribus: & ista est mea nova opinio in qua resideo. (h)

Ex quibus dictis clarissimè patet, quod in successorem majoratus transfertur utraque possessio tam civilis, quam naturalis, ipso jure per nostram legem, etiamsi in vita defuncti vel post ejus mortem per alium tertium res majoratus sint occupatæ: Unde apertè deducitur & inferitur, quod ille tertius, penes quem sunt res majoratus, nullo modo possidet, sed tantum habet nudam & simplicem detentionem: Unde non posset præscribere, licet aliquo casu vel tempore bona essent præscripibilia: (i) Item etiam non posset lucrari fructus: Item etiam non habebit aliqua interdicta vel remedia possessoria, quæ dantur & competunt possessoribus. Et finaliter nullum habebit effectum quod solet produci & causari à possessione, cum non possideat, sed tantum sit in nuda & simplici detentione: Quo casu necessariò quærendum est, si talis tertius detentator negat vel recusat eam restitutionem ex causa vel sine causa, quæ remedia competant successoribus majoratus pro eorum reali restitutione?

Qui-

(h) Hanc eandem sententiam defendit Mieres in tract. Majoratus, 1. part. quest. 24. ex princip. fere per totam, ubi quatuor fundamentis eam confirmat, præsertim per text. in leg. 7. titul. 4. part. 5. juncta leg. Quoties, Codic. de Donationibus quæ sub modo; & summarie eam tenet in 3. part. quest. 8. num. 40. contrariam tamen defendit Molin. lib. 3. de Primog. cap. 19. num. 40. referens Costam in quest. de Patruo & nepote, pagin. 14. secure credens non transferri possessionem ista legè 45. in primum majoratus successorem. Velazq. tamen de Avendañ. hic gloss. 3. numer. 2. per gloss. 3. num. 2. per totum, has opiniones hunc in modum conciliat, inquit, enim verò hanc nostram sententiam sequendam, veramque credendam quoties majoratus fit irrevocabilis, bonorumque possessio non translata, quod facillimè contingere poterit, ut ipse latius probat, quo casu possessio, de qua per legem nostram in ipsum successorem majoratus transivit, ut Mieres ubi supra docet: quam conciliationem latius videre licebit per ipsum Velazq. ubi supra.

(i) Ut tenet Molin. lib. 3. Hispan. primog. cap. 12. num. 18. & quando bona alienari prohibita præscribi possint, vide per Matienz. per conclusiones docentem in leg. 8. titul. 6. lib. 5. Recopil. gloss. 5. à num. 11. cum seq.

edicti. idem Bart. in leg. 1. §. fin. ff. Quorum legatorem. idem Bart. in l. de Pupillo. §. Qui opus. 1. column. ff. de Novi oper. nunt. & ibi Paul. & latius Alexand. 1. col. num. 3. Bald. in leg. fin. Cod. Unde legitimi. 4. col. in fin. idem Bart. in l. fin. Cod. de Edict. divi Adriani, toll. 4. col. num. 9. Jacob. But. ibi 3. col. post princ. Alb. ibi, 9. col. in med. Bald. ibi, 6. column. 7. oppos. ibi Salyc. penultim. column. in fin. Alex. fin. column. in fin. Corn. 3. column. post princip. Jas. 7. col. num. 18. & in expresso per istam rationem in casu nostro tenet Bald. in l. Ea lege, Cod. de Condit. ob causam. Confirmatur etiam per text. singularem & unicum in l. Si quos. Cod. de Decurionibus lib. 10. ubi probatur, quod partes possunt petere à iudice confirmari contractum per eas celebratum, licet de se fuerit validus: & ad hoc illud text. dicit unicum Bart. ibi, num. 1. & Plat. 2. column. in princip. Jas. in leg. 1. Cod. de Carbon. edict. 3. column. in princip. facit etiam quod tradit Innocent. & DD. in cap. 2. de Confirm. util. vel inutil. Confirmatur etiam ex notabili sententia Ang. in leg. Si finita post princ. numer. 1. ff. de Damn. infect. ubi dicit, quod quando quis est in tenuta & detentatione, vel possessione rei, & petitur ab aliquo adversario revocari, quia fortè est nulla, vel non ritè apprehensa; poterit detentator vel possessor petere quod non revocetur, imò quod confirmetur per iudicem, si alleget vel probet causam per quam de novo esset sibi danda; & iudex tali casu debet eam sibi confirmare: Et istam eandem sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in leg. Qui bona fide, §. fin. numer. 4. ff. de damn. infect. & dicit esse menti tenendum: & hoc pluries practicatur, & tenet Angel. in §. Quadrupli. 14. column. numer. 46. in med. instit. de Action. Alex. qui melius & notabilius, quam alius, loquitur in puncto, in dict. leg. Si finita, 2. column. num. 5. ut que. in fin. m. facit etiam doctrina notabilis Bart. & communis in leg. Si expressis. ff. de Appellat. fin. column. Bart. in leg. Si ut proponis, la. 1. Quomodo & quando jud. & ibi communis opinio: ubi potest iudex superior reformare sententiam nullam.

Et ex superioribus ego reprobo sententiam Glossæ notabilis in l. Ab emptione. ff. de Pactis in gloss. fin. in medio, ubi dicit, quod si in contractu venditionis venditor se constituit nomine emptoris possidere; non potest amplius venditor conveniri actione personali ex vendito, ut tradat rem; sed debet conveniri rei vindicatione, vel uti possidetis, ex eo quod per constitutum emptor est factus dominus & possessor; unde actio personalis ex vendito non potest

test sibi competere: & istam communem Glossam sequitur & dicit multum notabilem Bart. ibi, 2. column. in fin. num. 7. & illam tenet & commendat ibi Jas. 6. column. num. 12. & dicit quod eam tenet etiam ibi Salyc. & Fulgos. & dicit Jas. quod cum illa glossa tenent communiter DD. ibi, & facit glos. in Authentic. sacramenta puberum, Codic. si adversus vend. glos. penultim. Glos. in leg. Si cum fundum in glos. penultim. ff. de Contrah. emptio. ubi dicitur, quod re semel tradita, amplius non competit actio ex eo contractu contra venditorem, sed per constitutum habetur pro tradita; ergo, &c. Et istam etiam conclusionem per istas GG. tenet & commendat in practica Ang. de Aretin. in §. 1. Institut. de emptio. & vend. fin. column. in fin. idem Angel. in §. Actionem, Instit. de action. 4. column. numer. 9. idem tenet & valde commendat ibi Jas. 20. column. numer. 148. Sed certè illa conclusio Glossæ & DD. est falsa: quia cum emptor non sit factus dominus per actum verum & naturalem, sed fictè, bene potest sibi competere actio personalis ex vendito, ut perfectè & naturaliter res sibi tradatur: & hoc apertè & clarè fundatur ex superioribus, & in expresso ita tenet ibi Angel. de Perus. 2. column. in fin. Paul. de Castr. fin. col. in fin. & iste est sensus Bald. 3. col. in med. idem tenet Paul. in leg. Julianus. §. Ex vendito, in fin. num. 5. ff. de Action. emptor. idem etiam tenet notabiliter Cin. in l. 1. Codic. Quando liceat ab empt. disced. fin. col. 5. quæst. 3. in euj. 19.

Secundò principaliter quæro, an tali casu, quando res majoratus sunt penes tertium, detur successor majoratus remedium recuperandæ possessionis, scilicet Unde vi, cum poena & effectu ejus? Et breviter dicendum est quod non: nam cum successor iste possideat, nec per alium sit privatus illa legali possessione, non potest competere illud remedium: unde si illud intentaret, succumberet: & in specie ita tenet Bald. in Authentic. defuncto, Cod. ad Tertull. 2. col. num. 6. tenet Jas. in l. Si sorori. Cod. de Jure d. liber. 2. column. vers. Secundo limita & sig. & tenet Alex. 1. column. Consil. consil. 37. 2. column. num. 4. Socii in leg. Rem que nobis. ff. de Acquirend. possessio. 1. col. vers. Quarto & ultimo conclude. Quod tamen intelligo, quando ille tertius, penes quem sunt res majoratus, non intervertisset possessionem successor majoratus, secus tamen esset, si intervertisset possessionem ejus, & taliter resisteret, quod amitteret suam possessionem successor majoratus; quia tunc sibi competeret contra eum interdictum & remedium recuperandæ Unde vi; argumento text. in leg. 1. §. Sive autem corpore. ff. de Vi & vi armat. text. in §. Dejector, ejusdem

dem leg. text. in leg. Cum fundum. ff. de Acquir. posses. text. in l. Clam possidere. §. Quid ad mundinas in fin. juncta Glossa & communi opinione, supra isto titul. (m)

120 Tertio principaliter quæro, an in casu nostræ legis, quando res majoratus sunt penes alium, detur successor majoratus interdictum & remedium retinendæ possessionis, scilicet, uti possidetis? Et videtur quod non; quia virtus & substantia hujus interdicti est, ut solum competat possessori contra molestantem & perturbantem eum in sua possessione, ut pronuncietur possessor, & alter desistat à molestia, text. in leg. 1. in princip. ff. Uti possidetis, & in leg. unic. Cod. eod. tit. & in §. Retinenda, Instit. de interdictis, & dixi latè & magistraliter supra, ista l. in interdicto, uti possidetis. Sed in casu nostro ille tertius non molestat nec perturbat successorem majoratus in sua possessione civilissima legali, imò fortè tacet, & facto nec verbo non contradicit, nec resistit suæ possessioni, nec aliquo modo eum inquietat: Ergo non possit contra eum competere istud remedium seu interdictum possessorium Uti possidetis. Præterea dico, quod dato quod huic successor majoratus competat hoc interdictum Uti possidetis, nullum videtur sibi afferre effectum: nam dato quod per eum pronuncietur possessor mediante ista lege, & ille tertius detentator condemnetur ut de cætero non molestet nec perturbet eum, non per hoc consequetur restitutionem rerum; quia istud interdictum nullam habet naturam recuperandæ, ut in iuribus supra allegatis: unde

ille tertius detentator poterit dicere, quod ipse nullo modo vult molestare vel inquietare successorem majoratus in sua prædicta possessione, sed quod quietè & pacificè habeat eam, sed quod vult sibi habere & tenere detentationem quam habet omnium rerum, quam nullo modo vult nec tenetur restituere mediante remedio Uti possidetis intentato; cum ad hoc non extendit effectum nec virtutem ejus.

Sed his non obstantibus, ego teneo pro veritate, quod in casu nostræ legis competit successor majoratus contra tertium detentatorem rerum interdictum & remedium retinendæ Uti possidetis: imò dico, quod istud remedium propriè & juridicè competit, & à peritioribus advocatis proponitur in usu & practica: & in expresso, quod istud remedium & interdictum competat in nostro casu, tenet Faber in §. Sui, Instit. de hered. qua. & dif. 2. column. post princip. & tenet singul. & subtiliter Anchar. in cap. 2. de Consuetud. 2. col. in princip. (n) Nec obstant superiores meæ rationes: Prima, in qua dicebam quod ille tertius detentator non molestat nec perturbat successorem majoratus in sua civilissima possessione: Quia respondeo, quod imò nimis turbat & molestat ex eo quod actualiter retinet bona, & non restituit illa successor majoratus, & non sinit uti frui prædictis bonis & sua possessione, argumento text. in leg. Si duo. §. Hoc interdictum sufficit. ff. Uti possidetis, ibi: Etenim videtur mihi possessionis controversiam facere, quod prohibes me uti mea possessione. Bonus text. in §. Si videamus, versic. Etenim, ejusdem

(m) Hoc interdictum recuperandæ, sine distinctione majoratus successor dandum esse testatur Guid. Pap. quæst. 552. Boerius in Consuetud. Bituricen. tit. de Testam. §. 6. glos. 1. Dec. cons. 84. col. 1. & 2. Socii in leg. Rem que nobis, num. 13. fol. 5. ff. de Acquir. posses. Rip. communiter receptum id asserens in lib. 11. Recept. cap. 4. num. 84. & sequent. Cassan. cons. 10. dubio. 12. Anton. Cras. inter consilia Calei cons. 65. col. 3. verb. Competit etiam quintum, Guill. Bened. in Repet. cap. Raynut. verb. Mortuo itaque testatore 2. num. 73. Paul. Paris sibi contrarius cons. 41. num. 13. col. 1. Tiraquel. in tractat. de Mort. 4. declarat. 6. part. num. 3. & 4. Afflic. decis. 199. num. 6. Jas. ibi contrarius consil. 8. col. 1. lib. 3. & consil. 147. column. 1. lib. 4. Bald. sibi parum constans in Rubr. extra, de caus. posses. & proprietatis column. ultim. ubi Rip. num. 24. Covarrub. lib. 3. Resolut. cap. 5. n. 6. vers. Sic & interdict. recuper. Menchac. de Suci. creat. §. 21. num. 89. Palac. hic n. 26. Castill. verb. Tomada la posesion. Xua rez n. in leg. 8. tit. de las Herencias, lib. 3. Fori num. 15. Molin. lib. 3. cap. 13. n. 6. Mier. in tract. Major. in initio 3. part. num. 1. ad fin. ubi plures allegat. Aceved. alios plures referens in l. 8. tit. 7. lib. 5. n. 25. tam contrariæ, quam hujus opiniones Authores.

(n) Tenet etiam Guid. Pap. decis. Delphinatus 552. column. 2. Guillel. Bened. in Repetit. cap. Raynuti. verb. Mortuo itaque testatore, el. 2. n. 72. de Test. Carol. Ruin. cons. 28. in fin. lib. 1. Tiraquel. in tract. de Mort. 1. declar. 6. part. ubi neminem ex scribentibus dicere asserit. Cassa. in C. Burgun. rub. 7. §. 1. n. 7. Boet. in Consuetud. Bituricens. tit. de Test. §. 6. glos. Covarr. lib. 3. Resol. cap. 5. n. 6. verb. Item & hic possessor. ubi hanc asserit communem: Palac. Rub. hic num. 27. Greg. in leg. 7. glos. magna, verb. Item, & hic possessori tit. 4. part. 5. Molin. lib. 3. de Primog. cap. 13. n. 6. Mier. in tract. de Major. in initio 3. part. n. 11. verb. Competit.

Anton. Gomez. ad Leg. Taur. Q9